

## **Transactions d'ouvriers lucquois à la fin du XIVème siècle**

### **Document 1 : vente de métier à tisser**

Domina Bonina uxor Nuccorini Donati bactitoris argenti lucani civis testris, hoc publico instrumento fuit confessa et publice guarentavit Ser Guido quondam Vantis Opithi Honesti civi et mercatori lucani presenti et recipienti, se ab ipso Ser Guido habuisse et recipisse in comodum, unum ipsius Ser Guidi telare ad texendum zactani in XXII legaturis cum omnibus et singulis suis ipsius telaris fornimentis et garnimentis pertinentibus et spectantibus ad texendum ad dictum telare, Extimationis florenos decem auri boni puri et legalis ad bonum pondus forte. Et quod telare cum dictis fornimentis et in dicta extimatione dicta domina Bonina penes se habere et remanere confessa fuit innovitate non spe futurorum datorum et extimationis renunciando exercitionem dicti telaris non habiti non recepti et non dati et tantum non extimati quam exceptionem vel ullam aliam contrariam defensionem Juris vel facti speciali pacto promisit se non opponere vel probare in causa videlicet. Et ipsum reddere et restituere ad omnem ipsius Ser Guidi voluntatem et requisitionem Pro quibus omnibus etc praedicta domina Bonina obliganda etc ad penam dupli extimatione dicti telaris etc qua soluta etc et regiminis etc et renunciando privilegio fori etc itaque ubique possit etc constituit etc Acte luce in secunda ruga conrate Sancti Frediani Porte Burgi in domo habitationis dicti Nuccorini praesentibus Ser Nicolao quondam Ser Nelli Sartoy et Antonio Johannis Bactitore auri lucanis civibus testibus ad praedicta vocatis et rogatis supradictis anno et inductione die secunda May.

### **Document 2 : vente de métier à tisser**

Franciscus quondam Nicolai Contis Guidiccionis civis et mercator lucanus titulo et nomine venditionis hoc publico instrumento vendidit dedit tradidit cessit atque mandavit Johanni vocato Nanni quondam Andree de Florentia testori drapporum sete qui Luce moratur lucano civi presenti ementi et recipienti, unum suum ipsius Francisci telare grossum ad texendum drappos de seta in computum soldorum vigintidorum et medium cum omnibus suis ipsius telaris fornimentis et pertinentiis ad texendum et cum una opera, Item unum alium telare grossum ad texendum drappos de seta in computum soldorum decem novem cum omnibus et singulis suis fornimentis et pertinentiis ad texendum, in integrum cum omnibus et singulis juribus ex inde eidem Francisco competentibus et competituris et cum omnibus et singulis juribus actionibus et rationibus sibi Francisco ex inde quolibet competentibus et competituris tam quam et adversus auctores suos et auctorum auctores et eorum heredes et bona quod contra et adversus omnem et singulam et quamlibet aliam partem et locum comune collegium et universitarum eidem Johanni presenti ementi et recipienti ut dictum est vendit dedit tradidit cessit atque mandavit, et quae telaria cum suis fornimentis dictus Francischus dixit, adservit et affirmavit ad se jure proprio pertinens et nemini vendidisse alienasse vel specialiter obligasse et de eis esse in positione pacifica vel qui, et praedicta telaria cum suis fornimentis dictus Johannes apud se in domo

sue habitationis esse habere et remanere confessus fuit innovitate non spe futurorum datorum extimationis dictorum telarium et fornimentorum non habitorum non receptorum et non traditorum et pene eum non sic esse et remanere doli et (...). Pro qua venditione et jurium cessione et omnibus et singulis supra et jamdictis praedictus Nanni stipulatus sollepniter promisit et convenit dicto Francisco stipulato sibi Francisco compensare in textis drapporum sete florenos sexaginta auri boni etc hinc ad duos annos proximos futuros et in apotheca dicti Francisci texere et laborare donec eidem compensaverit et laboraverit dictos florenos sexaginta auri hoc modo videlicet, quod de quolibet petia et laboratura seu texta drapporum quae dictus Johannes eidem Francisco laboraverit dictus Franciscus debebit eidem satisfacere tres partes totius ejus quod ipsa testura adstenderet et quartam partem eidem Johanni compensare et ponere ad computi praetii dictorum telarium qua sic actum et pacti extitit inter dictos contrahentes in principio medio et fine presentis contractus. Quare dictus Franciscus stipulatus sollepniter promisit et convenit dicto Johanni praesenti stipulato praedictam venditionem et jurium cessionem et omnia et singula supra et jamdicta se omni tempore in perpetuum firmum rata et incorrupta habere tenere et observare et contra pro se vel alia in causam vel extra di jure vel de facto directe vel pro oblicum non facere vel venire sed Potius inde ipse Franciscus eidem Johanni auctor et defensor erit et permanebit ab omnibus et singulis personis et locis communibus collegiis et universitatibus de suo et pro suo ipsius Francisci dolo et facto tantum et non de alio Itaque ad restitutionem dicti partii vel ad aliquod aliis ipse Franciscus eidem Johanni in aliquo minime teneatur nisi si et inquantum praedicta vel aliquod praedictorum alicui alii vendidisset alienasset vel specialiter obligasset vel manifestum dolum seu fraudem in praedictis comisisset Pro quibus omnibus etc praedicti contrahentes et quilibet eorum obligaverit sibi ad invicem alternative se se et quemlibet eorum et eorum et cujusque ipsorum heredes et nomine pingneris et ypothece bona omnia presentia et futura ad penam dupli pretii dictorum telarium et consulm treguanorum lucanum etc qua soluta etc et regiminis distingentis lucani vel eos vel terram in qua ipsi fuerint inventi vel eorum aut alienus ipsorum bona pro tempora et renunciando privilegio fori etc Itaque ubique possint realiter et personaliter conveniri capi etc constituentes et promicentes speciali pacto se se et quemlibet eorum praedicta omnia et singula soluturos et observatos ubique et contra minime venturos. Actum luce in contrata seu bracchio sancti Andree in Pellaria in apotheca dicti Francesci in qua exercet mercantia praesentibus Nicolao Bolgarini et Nardino quondam Nelli dicti de Piscia, lucanis civibus teste ad praedicta vocatis et rogatis supradictis anno et inductione die viginti septimo Julii.

### **Document 3 : location de maison**

Ser Nicolaus notarius filius quondam Vannis dello Stregho Lucanus civis hoc publico instrumento locavit et in locationem concessit Bartholomeo quondam Orsini et Stefano quondam Luporini testoribus drapporum sete di Luca et cuilibet eorum insolidum praesenti et conducenti pro se ipsis et eorum heredis unam ipsius Ser Nicolai petiam terre quae est cum hedificio

unius domus de tabulis soleriate posite in contrata Sancti Johannis capitis  
burgi lucane civitate que ab una parte choetur vie publice ab alia domui  
Filippi Antelmini de Luca ab alia domui Ser Federigi Pantasse de Luca et ab  
alia domui dicti ser Nicolai vel si alii sint plures aut veriores confines ipsius  
petie terre cum praedictis supra se, Quatenus dicti Bartholomeus et  
Stefanus et quilibet eorum insolidum ipsam petiam terre cum praedictis  
supra se habeant et teneant a dicto Ser Nicolao hinc ad tres annos  
proximos futuros ad habendum tenendum et habitandum et de ea et in ea  
facta et exercite eorum artis faciendum et studiose non peiorandum et ad  
reddendum ex inde nomine pensione quolibet dictorum annorum eidem  
Ser Nicolao florenos tres auri boni puri et legalis ad bonum pondus forte  
nitidos a gabella et ab omni homine et solutione gabella que exinde solui  
deberent facere solutione dicte pensionis singulis quatuor mensibus  
cujuslibet anni prout contingit pro rata investiendo etc conducendo etc  
obligando etc ad penam dupli suprascripte pentionis etc et renunciando  
privilegio fori etc beneficio solidi etc constiti et promicti etc. Actum luce in  
suprascripta domo praesentibus Antonio Mey de Monterectorini qui  
moratur in communi corporis plebis subgromine et Johanne Junctini testore  
di Lucca testibus ad praedicta vocatis et rogatis supradictis anno et  
indictione die tertiadecima octobris.